



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 2. Juxta S. Chrysosthomum, diaboli jugo saepiùs consentiendo, fit ipse
quasi intolerabilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

gressum ipsarum, atque repellere: nam si comprehenderit animam atque superaverint, tunc sicut ignis ingentem ac siccam nactus materiam, maximam solent flammam accendere. Quare rogo atque oro, omnia faciamus, ut quasi macerâ excludamus à nobis harum ingressum.

§. II.

Juxta S. Chrysothomum, diaboli jugo sæpius consentiendo, fit ipse quasi intolerabilis.

Dixi ex Gregorio pravæ diaboli suggestioni sæpius consentiendo, illum nobis ad resistendum fieri quasi intolerabilem, dicit & Chrysothomus:

Hom. 22. in Genes. Grave enim, grave est, dilecti, capi laqueis diaboli: anima enim postea quasi in retibus comprehensa trahitur, & sicut sus in luti volutabro oblectatur; sic & ista à mala consuetudine obruta, ne sentit quidem peccatorum factorem: ideò opus est, ut sobrii & vigiles simus, ne ab initio diabolo ingressum concedamus, ut ne dum obtenebrata fuerit nostra ratio, & excœcata mentis perspicacia, faciat quasi privato hujus solis lumine, ne valeas in radios Solis justitiæ contueri, & ita præceptis feraris.

§. III.